

20 Præter vomitum cordis, urget malignos cupis acuta curiositatis. Apud Plautum idem est. Ita in *Sticho*, Act. 2. scen. 1. v. 55. inquit:

Curiosus nemo est, quin sit malevolus. Sentiant conscientia interiora petiminas & satagunt scire, an alij cognoscant ulcera, & in cute & foris ex gravibus operationum cilellis. De Abbate inquit SS. Doctor Monachorum, *Regula Sancti*, cap. 34. *Non sit nimis suspiciosus, quia nunquam requiescet.* Suspicio est opinio mali ex levibus signis. Vide D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. ad 4. Debet esse suspiciosus, sed non nimis: debet esse suspiciosus ex indicij cognitis, ne sit fatuus: ac non nimis, quia debet suspicari experientia, sed non ex odio aut propria malicia: equidem sicut nihil suspicari probabilitate, arguit præfidem fatuum; ita violentè ac præsumptuosè, signat malevolam. Suspicio & est de proprijs & de actibus alienis. Dam de proprijs, propriè de actibus non est; sed suspicionis suspicio: tuncque susurrionibus utitur in secreto; ut nuncient aliorum verba, & per illa cognoscat, an sint patula petimina. De alienis si citra indicia suspicio, semper est præsumptio ex odio: igitur minimè inquireret, quæ occultata sunt; ni ex aversione esset depravatum cor: vitamque explorat hinc inde vigili curiositate, haud quia suspicatur aliquid, sed quia cupit invenire. Alia est suspicio ex malicia propria, quin in suspicatio sit malicia: igitur cum cogitatio sit, qualis unusquisque est; cogitat pravus haud aliter fieri posse, nisi quod ille pravè & faceret & periceret: curiositateque malevolentia, ac malignitate mittit consortes in susurramen, an effectus aptè cadant iuxta propriam suspicionem. Hanc occupationem pessimam deruderunt filij hominum dæmonia, ut occuparentur in ea. Morales audiatur regulas ex Claudiano, quisquis reà lingua abutitur in secreto. Ita ergo succinit, de 4. *Consul. Honor.* à v. 278.

Neu: dubie suspectus agas: neu falsus amicus.

Rumorisve avidus: qui talia curat, inanes

Horrebit strepitus, nullà non anxius bora.

Curiosus est malevolus. S. Bened.

Curiosus est malevolus. S. Bened.

Curiosus est malevolus. S. Bened.

Curiosus est malevolus. S. Bened.



DIDASCALIA II.

Non audit verè, qui ver a non audit.

Quisquis quaesierit operosè salutem, debet graviter emulari Samuelem, qui quidem ut vocem audivit, statim evigilavit; imò exprimens animi promptitudinem, respondit ad primam vocem. Audit homo voces quotidie ut convertatur ad cor, & dormit quasi strepitus non sit. Audit, sed furdescit. Quid quòd audiat, modò audit non resurgat? Sese offert insensibiliter statuorum symbolum; aures utique habent, sed non audiunt.

En statua statua & ductum de marmore marmor.

Audivimus auribus nostris: dicit David de vocibus ac magnitudine Dei. Audire, & auribus, quorsum? Sunt aures cordis & aures capitis: aures capitis in vocem auditam, aures cordis in vocem obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditus auditus: igitur in auditum perfectum non satis aures, ni in vocem perfectionem inclinentur aures cordis. Canit Crucius, in Psalm. 44.

Audi, rem peccatore servo.

Siquidem haud in opus fecundabit verbi femen; si non cor, sed tantum tergit aures. Hinc dicitur: *Audi & inclina aurem.* Volant voces, nec quadrantem auditas quoniam audiuntur sine inclinatione. Vide *Liter.* n. 40. & 41.

2 *Ibid.* n. 9. & 26. diximus, Nilum apud Catadupos tanto strepitu ruere, ut auditus incolarem obstupescat fragore: igitur cum fortioribus sensibilibus corrumpanitur & sensus; ita vehementissimo aquarum præcipitio turbatur auditus, ut nihil nisi strepitum audiant, nihil sine crepita sentiant: imò dum extrà situ pacificò seu silente collocantur, nec audiunt quia sonitum horribilem in auribus fecerunt: ipsique quietem exosi, sine nativo strepitu nequeunt vivere; quoniam quicquid non fuerit fragor, est illis horror. Unde cum verba non intelligant, quia adhuc concitatio tenaciter hæret auri; idem est loqui ad illos, ac non loqui. Idem accidit in mundo, dum sollicitatur peccatorum conversio. *Vana sunt ista, quæ nos movent* (inquit Stoicus, *Epist.* 110) *quæ attonitos habeant. Nemo nostrum quid*

r. Reg. 3. 3. 5.

Peccator audiens furdescit.

Alciat. Emblem. 66. 7. 2. Reg. 7. 22

Cruc.

Psal. 44. 11.

Effectus in Catadupis ex Nili strepitu.

Senec.

veri esset, excussit. Nemo ausus est, ad id quo perturbatur, accedere; & naturam ac bonum timoris sui nasse. Ad agimus, ut longius revocandi sumus: & cum ignoremus quòd feramur, velociter tamen, illò quò intendimus ire perseveramus. Duntaxat mundi strepitum audiunt, tumultum inconditum placidissimè sentiunt: cum ad quietis regiones non exeant; quòs audirent, suis malis exultant, longius avocandi, si revocandi ab errore; quoniam præcipites corruunt, quò non audiant quod non audiunt. Clamat conscientia, ut egrediantur, ut audiant, è Catadupa: verum loquitur ad surdos; quia illos vana quæ movent, ne moveantur ad bona, reddunt attonitos. Clamat punctim in aures interiores, ita ut rauca fiant fauces; ceterum cum tumultus subfonans vanitatum conturperit tympana sensationum; quavis vite æternæ audiant verba in odium criminum, crotalis mundi audientes verborum nec ullum verbum.

Fium peccatores furdi illecebrarum fragore.

Isai. 65. à v. 2.

Haye.

Nebilitas Christi obviritalis in peccatores.

sis contradicentem invitat, totoque tempore clamat; quoniam ostendit pectus in quo requiescere possit, quando peccator respicere velit. *Tota die.* Quando? In cruce, subdit Hieronym. Etiam si corda saxea, huiusmodi demonstratio frangeret corda: siquidem videbatur amans ab illis in cruce, quin defecit amore. Hac de causa populus dicitur incredulus, dum Christus exponitur crucifixus; superante flammæ demonstratione fidem tot gratis dignati: igitur ut nudè illum reciperet pectus; vel in cruce suspensus expandit manus. Christus diligit, peccator amorem odit. Eò magis muneribus crevit dilectio, quò intensius glificbat ingraticudo. Membra amantis in cruce acta & suspensa: verum amoris minimè suspensa dona. Incredulamque dicit eum, qui furiosus in cruce suspendit; quippe illi videbatur incredibile, in cruce pendente amante, quòd præ doloribus in sinitre spirasset, & quod amor spirantis non defeceret. Incredible visum ingratitude, quod magis erat in articulo mirabile, provocans pectus in redamationem, eò quòd fides amoris ingrati excederet fidem: siquidem mirabile, quòd dum amans moriebatur, amor in cruce pendens nullo modo moreretur.

Hieronym.

Admirabilis eius erga ingratos amor

4 *Ad populum non audientem, non credentem & contradicentem.* Videtur contradictio verborum ordo. Si auditis contradicit, profecto audit. Si non credit, & ex auditu fides vel non fides; aurium sine dubio inerat sensationes. Quo ergo pacto non audiebant, si verbis iam auditis repugnabant? Idola erant voluptatis in aurem clamantia, queis deditur corda. Unde cum tumultus fluctum pravatum adorationum cordis obturarent auditum; propter fallacem impellentem voluptatem, veritatis susurrantis nec ullam audiebant vocem: quandoquidem desertores summae felicitatis, huius voces non credentes; pro transitoria voluptatis illecebra, idolis cordis immolabant corda. Audiebant vitiorum voces, ad quas claudere debebant aures, dum præ tyrannide insidiantis vanæ delectationis, viventes habitarent in sepulchris. Voces de caelo intendebant illos educere in vitam, verum voces non audiebant: equidem cum voces mundi confunderent voces cæli; placebat magis habitare, quin resurgerent, in sepulchro voluptatum, quam relinquere sepulchrum. *In sepulchris, ut dæmonem consulerent, & cum eo colloquerentur:* subdit Alapid, de quo egimus, in

Cur cogita amoris excessu nulla hominis redamatio?

Moriuntur viventes.

Alapid. Ephe.

Ephemer. 1. Ian. & late agemus, tom. 7. Tautolog. 2. ad illud Psalm. 3. 6. Ego dormivi & soporatus sum. Patet, quam mortui in vita, atque sensum insipientia; igitur audientes & non audientes vociferantem Christum, malunt audire demonium. Audunt & non audiunt. Clamat Christus & clamat mundus. Mundus dolis in mortem, Christus in animarum salutem. Clamat in tormenta illecebris vitiorum pravitas, & clamat felicitate in paenitentiam veritas. Illa clamat exponens cruciatu commoda: illhac clamat ostendens commoda vera cruciamina. Sunt voces & voces, sed ad Christi voces persistunt furdi: igitur crepitaculis vocum mundi ita vagantur attoniti; ut vocis clamantis in penitentiam, & abditam veritatem, nec illum audiant clamorem.

Nec audiunt voces amoris & veritatis.

Verf. 3.

Nec movet Dei patientia.

Nec praesentia.

Hypocritis Deum irriat, dum templa profanat.

Verf. 5.

quia immundus es; isti fumus erunt in furore meo. Non completur malitia, ni hypocritis accedat philautia: etenim est peccatum vindictam excitat, illam iracundè provocat; iniquitatibus plenos & superplenos sese iudicare sanctos. Effectus est peccati & vocum obstrepentis mundi, clausa in veritate. Progaribus dissite, proculque abducuntur, ut longius in sensum revocentur, si revocantur: igitur ita tumultus in surditatem perturbant, ita sideratos attonant; ut iudicentur à phantasia immaculati ac perfecti, qui omnino oppleti & operi iniquitate. In circuitu ambulat capitis, quin discant compingentes ad parietes. Audiunt veritatem, ut contradicant: audiunt profectò, ut non audiant: cumque non audiant verè, qui vera non audiunt; audientes planè surdescunt: quandoquidem perinde illis celestium consideratio, ac velle curiosè narrare fabulam surdo.

Philautia furor hypocrisis.

6 Quicquid inclinatione additè vivacitatis auri in mundana, admittitur quoad celestia; sicut signat ampliore perfectionem defecatae auri, modò ad mundi paulatim surdescat voces. Vidimus in Liter. exposit. n. 25. ab aliquibus signari musicam orbium celestem, auribus dulcissimum modulamen, à nobis infantibus auditum; sed temporis decursu assuetudine abolitum, quia ab assuetis non fit passio quolibet in sensu. Unde dum adolet ætas, evanescit musica suavitas, & propter voces infra tumultuantes, tantè dulcedinis haudquaquam audiuntur voces.

Musica orbium celestem dulcissimum.

Nec veris maiora putes.

Stat.

Dicam ex Statio, 1. Silvar. cap. 1. Vera sunt in auribus cordium, quæ ficta de musica orbium celestium, ut per ingeniosam modulaminis fictionem, audiamus avidè minorizantem virtutem. Ab infantibus cordibus vox celestis auditur, quia suapte rationali conditione ad superiora hominè rapitur: at decursu temporis & malitia ætatis, supervolat quippe longè, sonus musicæ celestis. Nihil nisi de nobis quæri possumus. Adhuc animam voluptati, cui indulgere initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni & fame, cæterisque vasis & inanibus: ait Seneca quo super. Et lib. 7. Natur. 11. cap. 31. Adhuc in processu vitia nostra sunt. Invenit luxuria aliquid novi, in quod insaniat. Invenit impudicitia novam contemplam sibi: invenit deliciarum dissolutio & habes aliquid tenerius, molliusque, quo

Voces mundi tumultuosi confundunt musicæ castæ.

Senecæ

pe-

pereat: Huiusmodi & alia vitia ledunt auditum, ingentia cordi strepitum. In eius docilitate movet celestis harmonia, ita ut stridor voluptatum non audiat à terra. Auditur cæli musicè sonus, ni audiat mundi in illecebris tumultus: equidem si semel vox in aurem cordis ingreditur, superfluo concentus nihil auditur.

7 Concentum cæli quis dormire faciet? Dicit Dominus Iob. Dormire accipitur pro Cessare. Unde Ioann. Mellius. Soufa metricè exponit:

Faciet dormire choros, dulcesque silere.

Soufa.

Concentus superum, assiduis qui laudibus instans?

Haud facile dormiet, qui semper super nos vigil. Haud cessabit, quippe in continuo motu caelum impendit. Musicam cæli dormire aut cessare, est non audiri: quis ergo faciet, audiri non posse celestem, concentissimam harmoniam? Quisquis audierit fatuè huius mundi turbulentiæ. Musica auditur, quando non aliò, sed in illam intenditur. Quando inclinatio cordis inclinatur ad cæli legem, simulque tenorem. Celicus concentus confunditur vanitatum tumultibus, vocæque suaves suffocantur vocibus; quippe est aliquid aliquomodo audiat; unde veniat, non discernitur sicut est nulla distinctio vocum, præ confusione sonitus maris & fluctuum. Voces à cælo formantur, ut exules in cælestia revocentur: quæ voces ita efficacitate dulces, ut corda alliciant per aures; quippe ita sublimis suavitas; ut ferè in rationali non sit libertas. Inimici animæ solerter notant, & ut pelliciant corda confusè clamant; igitur frustratur inimicorum intentum, ni concinnetur arte confuso vocum, qua mundi vi delectationis sensibilis pravalent, & cæli voces quasi non audiat silent: dormitque cæli suavissima harmonia, mundi astutè obstrepentis turbulentia, quippe cessant cæli modulantis voces, dum voces extollunt delectationes sensibiles. Non dormit musica audienti, cessat autem oscitanti, qui sensum aure decipitur, ubi oblectamine trahitur: igitur inclinatur infatuatus aurem insidiantium mundo, quam debet inclinare ut homo musico cælo. Iuxta cordis desideria cæli vel non auditur, vel auditur musica: equidem nunquam concordant voces vitiorum vocibus orbium celestium. Voces cæli harmonicè delectant animam, ducentes in gloriam; sed voces ita delicatè

Cur peccator non audit voces à cælo?

Voces mundi tumultuosi confundunt musicæ castæ.

Senecæ

ac suaves, ut nec sentiantur, ubi fuerint alia voces, unde quod audiebatur non auditur, illicò ac mundus aurius modulatur; quoniam quæ cælum studiosè canit, perdidit, mundus infidiosè confundit.

8 De Sirenibus fictum, navigantium inter procellas fallacis æquoris, voce canorè detinere rates. Sirenes (inquit Natal. Comes lib. 7. Mytholog. cap. 13.) periculosa hominum monstra propter cantus suavitatem; dictæ sunt ita cantinulis navigantes homines demulcere; ut in profundissimum somnum inducerent: quos postea ita sopitos in mare deticiebant. Excogitabant enim ex omnibus cantinulis, quas pro cuiusque ingenio incundiores fore putabant. Fabulantur unam voce, alteram tibijs, tertiam cum cithara & lyra canere solitam; ut varia illecebra pro singulorum ingenio adessent. Patet his carminibus:

Quod tuba, quod litari, quod cornua rauca quaruntur,

Quodque foraminibus tibia mille sonat;

Quodque leves calami, quod suavis cantat Aëdon,

Quod lyra, quod cithara, quod mortibundus olor.

Musa harum finguntur inimica, à quibus Sirenes in cantu superata, avulsis aëis, ne hinc inde hominum volaret pernicies; sed tantum periret, qui periculum quæreret: quapropter cum Argonauta venirent in illa loca, lyra ab Orpheo tacta, Sirenum incipiente musica; cantus retudit; suavitatem vocis superavit: equidem cum caneret egregia gesta Deorum, minimè audire cantinela Sirenum; sed se in mare dederunt præcipites, abiectis atque fractis mulciminis instrumentis. Ipse de se canit in Argonautic. à v. 1264.

Cur illarum aëis avulsæ?

Fluctibus & grata veniant à cantibus aure.

Illic mellis suam residentes ore puille, Dant vocem, redituque carent per carmina nata.

Cæperat hic cantus Minyas mulcere, nec ullus

Præteriturus erat Sirenum tristitia fata. Iam manibus remi exciderant, sicuti unctæ carina.

Qua arte victa ab Orpheo Orph.

Ipse ego ni cithara versis in carmina cordis,

Quos mater docuit, mississem pectore cantus; Pangebantque modis suavem resonantibus hymnum.

Obsupnere novo cantu de colle nivoso.

Si.

Sirenes, vtiæque tacent, & carmine nostro Et chelym & citharam, suspiria pectore ab imo Ducentes, icere manu, supremaque letibi Tempora fatalis veniunt, & ab obice facti Præcipites sese in pelagus misere profundam.

Habet in verum fabula ficta locum. Sirena in pelago naufragantis fragilis vita signant inimicos animæ, quam horum strophæ revocat, dum cælum in gloriam vocat. Unusquisque pro modulo suo decipere intendit: quum corda versute mulcet. Voces sunt avidæ voluptates, aurium in vota titillationes, musicâ persistente Sirenum in ferreum lethalem fornium; quò facillè homines trucidantur in mortem, haud videntes in ioterium illicem, sed experientes acerbissima cruciamina, ad quæ tendebat mulcimine musica. Voces huiusmodi dira lues nautis, quin sapientæ ex aliorum periculis: igitur quærendo per musicam ex navigatione portus delicias, occurrit blandè inimicorum crudelitas, qua amittitur vita, & quod infelicium, anima. Quantum ex appulsu tormentum, ubi optabile naufragium! Vox musarum ex cælo est, nimirum legis æternæ ex musicâ decachordi, inauditis deliciarum fucis, ac illecebris susque deque factis. Vox Sirenum est musica voluptatum, insidiosa veræ, sine entitate figura, vana mentis gaudia, atque in fraudem vocis strepitus turbulentia. Singula in expugnationem humani pectoris conformant voces. Musa in paradysum, Sirena in barathrum. Illæ succinunt in aures cordis, hæ sensibilibiter in aures; mulcentes sensus, ut trucidentur incauti: unde pro alexipharmaco resonat musica cæli; igitur navis illisio, atque mentis tenebrosa perturbatio, ni vox inter dulces voces illicò audiatur de cælo.

Babylone Respondebunt Sirenes in delubris voluptatis: dicit Dominus per Isaiam. Alij ex Ierem. 14. 6. & Ezech. 29. 3. & Thren. 4. 3. pro Sirenes, legunt: Demones, Lamias, Dracones. Frugi reddat homo, dum iacet in voluptatis delubro: equidem piget, per musicam expectare Sirenes, & invenire dracones. Longè à sensu ac voto voluptas reperitur in usu; quippe allicit ut decipiat, & post deceptionem proterat: sitque menti ex assensu contumelia ex vocum musicâ falsa; quippe pndet placuisse Sirenes, atque in pernecium amplecti horribiles

Inimici anime artificiosè sirenæ.

Certamen vocum rationis & voluptatis.

Mai. 13. 22.

Voluptas crudelis, pudor rationis.

aspides. Nullum gravius auctotitati rationis, quàm vulnus mentis, non tam quia voti frustratio, quàm quia cognitionis illisio; igitur ibi decipitur, hic rideatur & deridetur. Cogitat vocibus Sirenarum naclam felicitatem, quia eximiam contemplatur pulchritudinem; & tantum vellicat cogitationis voluptas, dux expetitur ex mulcimine illecebras: quandoquidem tædet, cogitasse Sirenes creditâ musicâ, & in horrorem occurrisse demonia. Lamia monstrum est, facie virgo, cuius summa diritas, quoniam ut securius ludificet ostendit mammas. Vide quæ diximus Tom. 4. T. 5. num. 66. & T. 13. à num. 2. Videtur foemina pulchra, sed tantum apparent pulchritudinis spectra: suffunditurque cogitatio robore ex falsa rutila specie; quippe rationi vulnerata vehemens fastidium, specie pulchra invenire demonium. Tam Sirenes, quàm Lamij attributa & alæ & ungula. Ad Isidorum, Etymolog. lib. 11. cap. 3. Aperta voluptatis descriptio, ut accedat est ferò penitudo: siquidem oblectamina (quæ Sirenes) harmonia vocis alis fugitiva volant, dum ungulis curvis usque in præcordia trucidant. Ergo in propositum Didascalie.

Musicâ pollent Sirenes, & Babylone respondent in delubris voluptatis. Musica à Sirenis cæli, & à Sirenis mundi; verum hæc in Babylone. Respondent ibi: dicitur. Cur non alibi? Babylonia confusio est. Musica cæli si auditur, melodia mundi postponitur: ni suffocentur mundi fragoribus voces cæli, haud vellicant voces musicæ mundi: & in Babylone voto respondent Sirenes; quippe intendunt in vocibus confusionem: quandoquidem cælestem haud audiet musicam, quisquis permittit audierit ex vocibus Babyloniæ. Babylonia pro fæda vitiorum omnium colluvie ponitur proverbiali formâ: subdit hic Sanctius, num. 28. Confusè clamant vitia, urgent in assensum illorum delectamenta. Audiendæ voces vel Sirenum vel Musarum. Homo voce legis non audit confusas voces. Hæ licet irruant, desipienti non sonant: non mulcent, nisi cui placent. Non placet illecebrosum tibijs ac vocibus modulamen, musicam auscultanti cælestem: igitur inter musicam & musicam, inter vitiorum atque virtutum harmoniam, certum est toto corde audire cælum, qui voluntariè obsurdescit ad musicam Sirenarum. Vincit vox cæli maior, quia superior;

Quid Læmia.

Ibid.

Mundi strepitus perturbat cordis auditum.

Sancti.

Qui voluptatem non audit, in ætium incidit.

Apoll.

Act. 16. 11. Insanire facti voluptati.

Cap. 22. à 7. 7.

Audienti cæli vocem incidit in perniciam.

rio. Paret in Orpheo, ubi ab illo Sirenum cognita ex vocibus circumscriptio. Canit Apollonius Rhod. 4. Argonaut. v. 905.

Dira lues cantus mortalibus exitit illis, Qui mare sulcantes icere ad litora funes. Nisi mox & Thracius Orpheus Bissoniam manibus citharam jussisset, & aures Sublimi cantu revocasset ab illo, Virgineumque Chelys vocem superasset acuta.

Instabant voluptates in interitum ferentes, quæ auditui Orphei prorsum inefficaces: igitur in urgentia titillantium oblectaminum, in præsentia sensibilibium cupiditatum Sirenum, desipit est fragilis expugnationem dulcem vocibus, vehementem; quippe intendit voces audiens, in vocem his vocibus superiorem.

12 Vide præcipitem Paulum, & quomodo vocatus ut fugeret præcipitium. Insaniens in Christicolos, persequabatur usque in civitates exterar. Insaniens. Præ se fertur peccatoris index: igitur cupiditatum sensuum malum consortium dum fucant in opacis delectamentum; quia signantes deliciarum voracem escam; perducunt usque in insaniam. Claret felicitatis infelicitas (quum impellitur homo nequaquam in delicias, sed in illecebras) quæ apposte insaniam dicitur: siquidem eò maior habetur, quò non cognoscitur. Dicentibus, bonum est nos hic esse; bonum proponitur malè: igitur difficile, insanum revocari in melius, qui reliquos furens arbitratur insanos. Insaniens Paulus revocat in ampliores insanias, spirans fervidus minas; quia vocibus velle legis, nullas audiebat veritatis voces. De cælo eum & socios circumdedit lux & vox; quæ percussus redijt menti, socijs perseverantibus & protervè in pravitate. Cur ergo dum lux resulit ab alto, atque facta vox de cælo; respicit illicò Paulus, & ex socijs nec convertitur ullus? Dicit ipse. De cælo audijs vocem: & qui mecum erant, lumen quidem viderant, vocem autem non audierunt. Dum currit in prava homo, ductus vocibus delectationis; occurrit cælum lumine ac voce, ut fugiat cautè Sirenes. Hinc ratio trahit, illinc concupiscentia pellicit. Cælum vocat, sensibilibus clamat. Ni audiatur cælum cuius vocibus voces mundi non audiuntur; à Sirenisbus pectora fragilia insidiosè vulnerantur, in vitijque perseverant, quin vel vulnere respiciant; socijque

Tom. V.

Pauli vocede cælo factâ, minime conjvertuntur; quia propter voces mundi voces cæli non audierunt: Paulique statim cucurrit in penitudinem, quoniam audivit superiorem vocem. Audierunt sanè, ut dicitur, cap. 9. 7. Stabant stupefacti, audientes quidem vocem. Cælum tinnit in aurem, ut corda obsurdescant ad Sirenarum clamorem: illicque audierunt & non audierunt; quoniam cum voces de cælo in corda sonarent; audierunt voces, quasi non audirent. Demonstratur profectò cordium obduratio, cum nulla ex auditu auditio, est illuminati de cælo. Stabant stupefacti audientes quidem vocem. Excursario quadantenus esset, ni vox audita in conversionis articulo; cæterum audita excusationem non habent de peccato; quandoquidem & audiebant, & stupefacti stabant. Cor, ut aliò dixit Ovid. 5. Metam. fabul. 8.

Ad auditas stupuit seu saxeae voces.

Attonitæque diu similis fuit. Voces movent. Ex motu constat audire. Non est motus, sic stupide stare: igitur haud faciles penitudo & conversio, sine puncti cordis motu. Unde dum illi mortui iacent corde, Paulus surgit è cordis cæcitate, quia simulatque fuit vox delapsa & audita, motus illicò in celestia.

13 De Ulyssæ & socijs dicitur, cantus Sirenarum elussit; dum se ligasset malo navis funibus, sociorum navigantium obrutatis auribus; Sirenesque vocibus musicis illorum sollicitantes periculum, proprium peperisse naufragium. Ita referunt Senec. Epist. 123. Alcibi. Emblem. 115. & ibi Claud. Minos subdit: Ille vit cerâ sociorum callidus aures, Atque suas vitales præbuit ipse manus; Transiit scopulos, & inhospita littora clausit.

Ille præcipites desilvere freto. Sic blandas vocisque notas, & carmina vicit.

Sic tandem exitio monstra canora dedit. Non instant voluptates ut Sirenes, ni videant fragiles. Adinstat crocodilli fugiant fugantes, fugantque fugientes, validis viribus in ignavos, ignavisque viribus in robustos: igitur ne redeant, præcipites corruunt, ubi semel repelluntur. Qui fragiles sunt, ne extorqueant mulcimenta Sirenarum consensum, aures debent habere obrutatas; quoniam non audit, quin vulneret delectatione voluntas. Qui verb fortès, est musicam auris audierit; ut

Kkkk fau-

Ovid.

Sine cordis motu non fit conversio.

Qua arte Ulysses elussit Sirenes.

Claud. Min.

Voluptates fortes infra giles.

faulſe naviget, alligari ſufficit: igitur ſonus in auribus, non muſica cordi; dum cor rationi alligatur & legi. Innuat Seneca, *Epist. præi. Haec voces non aliter fugienda ſunt, quàm illa quas Ulyſſes niſi alligatus prætervehi noluit.* Minimè præteriret, ni ſe alligaſſet: vel non audiendæ Sirenes, vel ligandi qui qui exceperint voces: igitur impoſſibile motum ſenſationum fugere, quandlũ ſenſus extra legem non alligantur rationi. Muſicã interna retundenda cupiditatum muſica: igitur haud arrideret auribus vox inſidioſa Sirenium, ni conformis omnino muſicæ cordium. Vividè idem, *Epist. 56. Quavis audiam* (inquit) *cuidam genti banc unam fuiſſe cauſam, urbem ſuam transferendi; quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit; magis mihi vox avocare videtur, quàm trepitus. Animum enim cogo ſibi inſentiam eſſe, neque avocari ad externa. Omnia licet foris reſonent, dum intus nihil tumultus ſit, dum inter ſe non rixentur cupiditas & timor, dum avaritia luxuriaque non diſideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodeſt totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt?* Aurea prorsũ verba, atque Catholico digna: etenim externa vana vellicant, quia affectus interni fodiant; ac in medio cordis habemus monſtra Sirenes. Unde ſi quod placuit, diſplicet; haud aliunde niſi quia malitia placet.

14 Pluit Dominus multifapore Manna in cibum ſuaviſſimè delicatum Iſraël; quod cum guſtaſſent, ſtupentes dixerunt ad invicem: *Quid eſt hoc?* Præſtantiſſimus fanè panis de cælo, quem ſolummodò commendare valebat admiratio. Nihil ſuavius, nil iucundius, nil pretioſius: *quid eſt hoc?* Extra ſaporem ſapor excellentiſſimus, quem hucufquè ignoravit liguritione palatus. Habet utique delectamen ultra humanam in dapes cogitationem; quoniam continet omnis ſaporis ſingularem ſuavitatem. Ita quàm primo Manna famelicis datum, poſt felicem ab Ægypto dura egreſſum. At quid temporis atque temporis ſuceſſu? *Anima noſtra* (clamant) *iam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Tædet quod ſupramodum placuit? Quare ſtimulat in nauſeam, cuius pridem mirabantur excellentiam? *Cor autem eorum non erat rectum cum Deo.* Per affectum vel faſtidium, donum gratum vel ingratum. Unde cum pretium vel deſpectus à corde pendeat, niſi illi aut maximi ducat; averſis diſplicuit, quod converſis placuit, dicen-

tibus donum eſſe leviſſimum, quod illis ipſis videbatur pretioſum: igitur nunquam vel dulce cadit ad voluptatem palati ſine cordis recitidine. Manna eſt ſermo Dei in corda hominum deſcendens de cælo, animæ cibus in hoc miſero mundo. Allicuit anima ſuavi dulcedine, modò recitudo in corde. Ab huius affectu, non à cibo pendet acor vel dulcedo. Unde cum affectus fremerent in pectore, dum guſtus eſſet in ſuavitatem palati; iuxta cordis diſplicitiam cibus de cælo vocabatur in nauſeam.

15 In Monachis deſidibus videtur, proh dolor! huiuſmodi aecidia. In exitu de Ægypto cibum cœleſtem deſiderat anima. Procedit in terram promiſſionis ſine pondere graviſſimo leviſſimæ vanitatis, & gaudet diſceſſiſſe & accedere: diſceſſiſſe à mundi ſtrepitu in ſolititudinem; accedere ad optatam in vita felicitatem, in qua ſummæ divitiæ, nullas habere, Sirenes nec audire, nec formidare; quippe in Dei commoratur proteſtione. Ne fatiſcat labore itineris, reſicitur cibi ſuavitatem cœleſtis; quo ita rapitur extra ſe, ut dicat mirabunda, *Quid eſt hoc?* Si ita in mundo, quid in cælo? Micat beatitudo in quam progredimur, ubi in itinere tanta ſuavitatem cibamur. Apagæ ſæculi illecebras, quibus nulla in voluptatem voluptas, cupienti & guſtanti dolus, ubi animæ philtrum è cælo deſcendens cibus. *Quid eſt hoc?* Inviti manemus hic. Ubi nequeunt corpora, cordis aſcendant inflammati deſideria, atque pro voto ſuſpiria. *Nec intra hæc* (ſubdit Stoicus, *Epist. cit. 110.) humani ingenij ſagacitas ſiſtitur. Proſpicere & ultra mundum libet: quò feratur, unde ſurrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properat.* Utilis proſpecto contemplatio, ut fiat ſecurior contemplatione proſectio. A mundo in clauſtra appropriarunt, ſed ipſi appropriaverunt & ſteterunt: querentes ad invicem de cibo leviſſimo, quem plaudebant iurè panem conditum de cælo. Si in clauſtra mutatione dextere Excelsi, quomodò in clauſtris mutatio cum averſione cupiti? Affectus fremunt in corde. Quid ſilentium totius regionis proderit taciturnum, ſi affectionum in corde non eſt ſilentium? Non avocatur animus ad interiora, ſed ab his exterior egreditur turbulencia. Haud movet cor, quod excitavit aures; ſtrepitus quidem auris procedit fanè ab ſtrepitu ex commotione cordis: quare cum affectiones in contraria fremant,

Senec.

Facet illam rram rro ab aure ſed à corde. Idem.

Exod. 16. 15. *Excellentia Eucharistiæ*

Num. 21. 5.

Pſal. 77. 37.

Cur non ita anima gratum, ſicut eſt ſuaviſſima omnia alimtum

Felicitas Monachi in clauſtro.

Quæ illius debet eſſe cuſideratio.

Senec.

Unde illius cogiſatur corruptelâ

mant, ac ſtimulantes præcordia pungant; increaſſati, impinguiati, dilatati, recedunt ita à cupita dulcedine, ut quod in initio proſectionis impotenter concupierant, in proceſſu perfectionis ad nauſeam uſque faſtidiant.

16 Aſſipulator Bernardus de *Converſ. ad Cleric. cap. 20. n. 35. Carritur* (inquit) *paſſim ad ſacros ordines, & reverenda ipſis quoque ſpiriſibus Angelicis miniſteria, homines apprehendunt ſine reverentia, ſine conſideratione. Neque enim ſignum regni occupare cœleſtis, aut illius timent reſtare coronam imperij, in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur ſuperbia; ſed & iniquitas, luxuria etiam principatur: in quibus & peſſima forſit appareat intra parietes abominatio, &c.* Hæc intus gaudet ſtrepitu. Utinam periret memoria horum cum ſonitu! Sed ſiſtris crepant aures, & in corde ut excantent, cantant Sirenes; ita ſeducentes iam allectos introrsum, ut ad voces cœleſtes nec habeant ſenſum. Patet uti lamentabile dato ac guſtato Manna, ſimularque in terram promiſſam venerunt filij Iſraël. In ſubſidium itineris collatus panis cœleſtis; ſed illicò ut pervenerunt, comederunt terra fruges. *Deſecitque Manna, poſtquam comederant de fragibus terræ.* Utrumque vellet homo, verum ſutilis volitio: equidem in anima alita ſapore terreſtrium, fructus cœli haud faciunt fructum. Ingredientibus viſus eſt delicatiſſimus panis: pervenientes verò caruerunt panis delicijs. Cur ergo deſiderium cumulo deliciarum, nullum illorum exprimitur deſiderium? In optata pervenerunt, & ſpreverunt optata. Claret in Monachis deſormatis ſocordia: igitur frigida vocacionis flammæ; quod magnum, pretioſiſſimum in voto, vileſcit omnino, aut evaneſcit in uſu. *Vitam æternam omni concupiſcentia ſpiritali deſiderare: ait commendans Monachis perfectionem vitæ, illorum antesignanus SS. Benedicte, Regul. Sancti. c. 4. Inſtrum.*

17 Quia intenditur, concupiſcitur. Quia non apparet illa, ſolicitant deſideria: concupiſcitur iubet, quam quarere in initio converſationis placuit; quippe quàm indicat corruptelam morum, cupita defectu gloriæ nullum eſſe deſiderium. Pudcat oblivioniſ dulcedinis, cuius memoria cibus quotidianæ reſectionis, quam concupivit anima: ſiquidem in perfectionis ſtatu lamentabilis miſeria; quò ubi fatiantur ſtudioſe famelicæ, eluriant

deſidioſe negligentes ſaturati. Panis iſtè uti Manna, eſt ſermo qui procedit de ore Dei. Ab infantia Monachi paſti hæcine cœleſti doctina: nec dolet de cibi defectu, quo paſti ſunt ab infantia? Quod pridem ex dulcedine cordium admirationem conciliavit, corda tædet? Corruerunt fanè lubidine guſtum, quando nullum amiſſæ dulcedinis deſiderium. Tendunt in deſideria cordis, ſtrepitu intra viſcera bullientis, ita affectionum occurſantium turbulencia; ut bonorum cœleſtium cupitorum nec memoria. Oculos ſuos ſtaterunt declinare in terram, quin frugibus terræ erigant lumina in gloriam, quam iter incipientes expectabant. Oſcitant obſervantia expertæ delicia; fugerant: nec moerent abſentia, nec deſideratur dulcedo in feliciter amiſſa: igitur ita propulſent in placidam obſtrepentis cordis relaxationem; ut præſca Manna dulcedo nec veniat quidem in mentem.

18 Hæc cuncta ſunt voces cordis, quo ſine lege ripudiant prævæ affectiones Sirenes; quin voces corrupti in ſtudijs audiant, quia nihil cœleſte cogitant; ſiquidem nec vox veritatis in reſipſentiam movet, nec in penitentiam pertrahit, dum ſit a crudelitate Sirenarum ſtrepitus, quippe in corde ſit tumultus. *Vos non auditis* Aſſertor N. dixit Phariſæis. Audiant utique, igitur audita perofi verba, congregaverunt compilantes ſaxa: minimeque habent aurem audientem, qui cogitant auditis lapidare veritatem. Veritas clamat: voluptas ſtrepitu huncine clamorem fugat. Hæc per aures ad interiora ingreditur, illa à limine abigitur: nequeuntque audientes audire, accedente veritate; quoniam ad oſtium duntaxat veritatis voces, dum voluptatibus patula præbentur aures. Audiant, ſed non audiunt vera, cordis in aſſenſum clauſa ianua: manenteque ſurdi & audientes, vitorum ingreſſus vocibus; quoniam veritas ab illis expellitur & lapidibus. Audita cœli voce (ut ait Terentius in prolog. *Phormion. v. 21.*) cor utique

Audiſſet bene.
At audit male, & ſurdo protervo corde, qui quis aure verba inſidioſa in perneciam percipit; quippe non audit verè, qui vera non capit aures. Veritatis & fallaciar certamen eſtormatur veris ac falſis vocibus, auditis vel non auditis Sirenarum voluptatibus, quæ ſtudent vocem rationis confundere; ut homo illatus iaceat ſine ſenſu, & ſine motu, prædaque

Bernard. *Unde Monachi deſormatio*

Iof. 5. 22.

Quare ſocordia ex frigida vocacionis flammâ?

S. Benedicte.

Et cœleſtis nec memoria?

Ioan. 8. 47

Præſco ſtudio ſurdeant, dum audiant.

Terent.

Unde voluptas inſidioſa?

fiat demonibus, trucidatus ab ipsis voluptatibus, summersa vitæ navi, procellâ continuâ pelagi. Audiatur Ethnicus 4. Astronom. cap. 1. v. 402.

Es quanta mercedis erunt fallacia cordi? Queremus luerum navis, mortemque sequemur

In pradas. Pudeat tanto bona velle caduca.

DIDASCALIA III.

Non audit, qui tantum audit.

Manil. Fallitur Manilius, quod dudum, cap. 2. v. 8. dum frustra, ineptique cantat:

Tantum audire, iuvat.

Igitur vox sine effectu, nec vox. Cognoscitur vocis auditus, dum cordis sequitur motus. Ubi ex auditu non procedit in usum; vox lapidi, verbumque frustra prolatum: lapis enim voce percussus, sed non movetur. Ita hominis anima, sine sensu, ut accinit Ovidius, 13. Metam. fab. 2.

Idem. Nil iuvat, tantum audire celestia.

Ovid.

Torpet, duro similima saxo. Miserum utique, loqui cum rationali, quasi cum lapide loqui: igitur hunc fugit sensus, & ille sensicivus deridetur insentatus. Verba dantur in fructum. Iuvat, tantum audire; verum non audire tantum. Causa exprimitur à Seneca. Non hoc inquit, Epist. 38.) agendum est, ut animus velit discere, sed ut discat. Ad hoc summissiora verba veniendum est: facilius intrant, sed & varent. Seminis modo spargenda sunt, quod quanto sit exiguum, cum occupavit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos cultus diffunditur. Quid enim grana seminantis utilitati, ni terra hæreat, & simul radices mittant? Verbum salutis seminatur in aure, mittit radices in corde. Si cor, quod excipit auris, calore non fovet; illico granum arefcit: tuncque quod à loquente in fructum & opimam seminatur, non auditur, sed dispergitur. Fructus siquidem diligenter seminantes satagunt, sed corde sordo in vanum laboraverunt. Hinc Anribus audire, dicit David. Aures, ut vidimus in Liter. n. 32. habet cor. Aureque in auditu duplicat, seu multiplicat; ut confert, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aare, si quod auditum non retinetur à corde.

Senec.

Quod à cor. funditur. Quod de non auditur, spargitur, sed dispergitur.

2. Reg. 7. 12

Nonnulli audiunt, nonnulli non audiunt, nonnulli audire renuunt, nonnulli

audire nolunt, alijque audire non possunt. Audiunt, & tantum audiunt, quin verbum à diabolo tollatur; igitur in aures duntaxat ingreditur & egreditur. Alij non audiunt, quia sollicitudinem inanum voces in commodum occultant aures, de quibus Didasc. anteced. Alij audire renuunt, quia veritatem cognoscunt; sed recusant converti, igitur sermo penetrabilior omni gladio ancipiti: sicutque aspides voluntarie furdæ, præcognita vocis efficacitate, obturantes aures, ne exaudiant incantantium voces: siquidem cordi inhzret intentionis cum voluptate pravitas, renuuntque converti, donec transeat à iuventute in senectam iniquitas. Alij nolunt audire, etsi verba percipiant; quippe nolunt intelligere, ut bene agant. Dum letantur insaniant, gaudentes furunt, in malis exultant; & tot & tanta mala pacem appellant. Denique alij audire nequeunt propter obdurationem eorum, & propositum in malum. Vident sibi falsa & stulta, quarum placencia, est cognoscant insaniam; quoniam nolentes reverti, obduran faciem suam supra petram: igitur non solum oculos clauerunt, ne viderent conscientia: ulcerosæ malum; imò obturarunt aures suas, ne Crucifixi audirent sanguinem, melius clamantem, quam Abel. Plura alibi diximus, aliisque dicemus de huiusmodi eorum furditate: modò in scopum instituti, pro illis qui non audiunt audientes, quippe audita non foveant in fructum cordis.

3. Astroitur hæcne veritas plurimis testimonijs sacris, in Liter. à n. 35. & 41. sed in propositum substituitur animo, quod à Vate profertur Evangelico. Audite audientes: dicit protervis idololatriæ Israelitis. Surdi audite: iterum exclamat. In divortio & in nexu huiusmodi testimonia sunt intellectu difficilia. Si fidi sunt, est inaudibilis vox: quo pacto possit in eloquium attentionem, dam pramittit furditatem? Non audit, qui non audit; quippe nihil aare percipit. Percipiunt audientes sine voluntarietate. Quorsum ergo audientibus dicit, Audite? Qua lege audientes & furdi? Ex nulla auditorum operatione. Auditur verbum, quoties auditur in fructum: qui quidem expectationi responderet, quàm cordem in foveam hæret: & audientibus quasi furdis sacer exponitur sermo; quippe sermo sine fructu. Ut abominarentur idola; fulminabat in audientes Propheta verba flammantia, quæ fortiterentur effectum, modò audientes in

Diversitas audientium verbu Dei.

Ifa 1. 6. 9. 55 2. Cap. 42. 18.

Auditur verbum, si auditur in fructum.

in corde collocarent auditum: ac cum expellerentur à corde, quæ excipiebantur ab aure; audientes audiebant furdi: quandoquidem verba volabant & verba, verum in corde permanebant idola. Cum simul esse non possint & veritas & mendacium; necessarium est, dum veritas in cor ingreditur, quod mendacium expellatur. Utrumque non est in auditu, sed in animo, qui distat ab aare; audientesque veritatem, meritò dicuntur furdis quippe non audiebant corde. In corde erant vanitatis atque voluptatis simulacra, quæ destruerent duntaxat prolatam verba: ceterum simulacra in pectore persistebant; quoniam verba illa amandare non poterant: equidem cum tantum possent, si veritas & mendacium convenirent; manentibus idolis in corde, & in aare veritate, erat prorsum impossibile: igitur idolum à corde minime excutitur, si veritas in cor, ut expellat, non ingreditur. Ratiò sub manum. Corde & aare eget veritas, ut è pectore excutatur iniquitas. Aare in perceptionem, corde in efficacitatem; ut expellantur eius ingressu, quæ idola florebant cultu. Surdus est, qui auris portam habet oclusam: audiens, qui verbis ingredientibus portam auris habet perviam: Idolaque venerantes, dicuntur furdi & audientes; quoniam veritati promptum auris præbeant auditum, verum cordis; ubi idola, arctè præcludebant ostium.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

Surdi, qui non addiunt corde.

te; quod profectò videtur superfluum; quia illis impossibile, his audire necessarium. Non est, nec frustra utriusque prolata vox: non enim audiunt, quibus audita non profant: & uti sorditate laborantes norantur audientes, quippe si cordi non hæret, quod excipit auris, audientes sanam doctrinam apparent peiores furdis.

5. Audiunt nonnulli, ut audiant, non ut discant, quo nulla acquirunt utilitas; sed tantum crepitat vana curiositas. Audi filia & inclina aurem tuam: dicit anima David. Si quaris optabilem felicitatem, & in æternam salutem; ausculta, & aurem inclina. Non fat, loquentem audire? Non fat: aurem debet in auscultanda inclinare. Inclinare aurem loquenti, est velle auribus haurire quicquid procedit ab ore: audire, merè est distinguere veritatis voces, quæ excipiant audientes veritates: commendatque Regius Plaltes tam aurem, quam auris inclinationem; quoniam summa infelicitas, aures audire veritatis verba, & iacere corda sine utilitate furda. Auditus indicat sine fructu animum curiositate occupatum, idest, animum otiosum: auris inclinatio cor compunctum: & iuber, sitientem beatitudinem, animam, non tam audire, quam inclinare auriculam; quoniam voces celi in fructum audiuntur inclinatione, non verò cordis vagi externâ curiositate. Aud & inclina aurem. Ita in prolige, Regul. Sancti exponit SS. Benedict. Ausculta (idest, suspensa aure audi) & inclina aurem cordis. Auscultatio verbi in aare, inclinatio auris in corde: equidem in inclinatione demonstratur voluntas, & in auris auscultatione docilitas; ut explicet pectus inclinationem in opus: unde in perfectionis cacumen, non solum commendat aurem, sed etiam inclinationem; quoniam nil in perceptione verbi percipit auris, sine inclinatione cordis. Verba aliquando cor tangunt, sed intacta revertuntur. Debent tactu inferre vulnus, ut compangatur in penitundinem pectus: unde inclinatio est necessaria, ut vulneribus cordis fiantur vulnera; quippe corde insensibili ulceribus, medicamen excipere summis auribus, non solum animum in salutem non penetrat, sed nec pulsatur. Causam expressit Seneca, quo supr. n. 1. Verba uti semina sparsa vires suas explicant, ut ex minimis maxima fiant, Seminantur in aare, germinant in pectore, crescant in corde. Si minima iacent, in aare profectò se-

Psal. 44. 11.

Psal. 44. 11.

Doctrina non curiositate, sed inclinatione audientia.

S. Benedict.

Cognoscitur verbi auditio, ubi resonat compunctio.

dent;

dent; quippe per aures solummodo transeunt, & in corde duntaxat radices mittunt: aridoque doctrina confertur seminum non concipitur corde; quippe quod in fructum datum, iacet auditum verbum ut fuit auditum.

6 Adhuc urget cordis in aviditatem, igitur sollicitudo per aurium ostenditur suspensionem; quasi vellet in questum aurium laxare conductus, ut ampliora sicuter cibaret animus: haud quidem, ut voluptati sit discere; sed ut voluntate discat ignotum illud usque disciplinæ momentum, quoniam sola desideria occidunt pigrum. *Omnium bonarum rerum* (inquit idem, *Epist. 94*) *semina animi gerunt, qua admonitione excitantur, non aliter quam scintilla statua levi adiuta ignem suum explicat. Erigitur virtus cum tacta est & impulsiva. Præterea quedam sunt quidem in animo: sed parum prompta: que incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt.* Est descriptio cordis solliciti optatæ beatitudinis, cuius vox ostia retigit auri, ut transiret in animum promptum, atque fomitem incenderet expeditum. Intenditur flamma à verbi efficacia scintilla. In aure extinguitur, ni transitus in animum concedatur: minimeque ignem in fructum concipiet, quisquis duntaxat audierit; quoniam respuente corde scintillam, nequit concipere flammam. Percipitur sententia N. Aserteris in inflammationem audientium, cuius semper divina prædicationis propositum. *Ignem* (dixit) *veni mittere in terram: & quid vobis nisi ut accendantur?* Si misit ignem, necessarium est incendium: cur ergo dicit intentione vobis? Aliud est mittere in terram, & aliud mittere in animam. Aliud in fomitem vastæ, sicæ telluris, & aliud in terram cordis, quod non fat ut accendantur, quod ignis abundantè applicetur. Quare igitur in inflammationem non sufficit ignis, si ab igne solo procedit tota virtus flagrationis? Ignis effectus incendium est: fovet, vel non fovet cor: quicquid non fovet, extinguit: flammæque ex igne non nascitur, quippe à corde non concipitur. Verbum Christi uti ignis mittebatur in audientium aures: verum non incendium ubi misio, sed ubi scintilla conceptio. Suscipitur ab aure, flammescit in corde. Hinc incendium, quippe ibi fomite in operationes fotum: Christifque vult accendi, id est scintillam concipit; igitur frigebit, ni in pectore acceperit conceptionem, quantumvis in au-

Senec.

Si à corde non auditur, haud inflamaur.

Luc. 12. 49.

Flamma per Boris indicat favillam aurii.

rem miserit ignem & ignem. *Volo* (inquit) *ut accendantur.* Nihil interest, quod mittatur, ubi sine effectu extinguitur. Quid quod suscipiat scintillam verbi peccatus, si non accenditur & inflammatur: in opus? Opusque Christi querit, dum intendit, verbum ab aure suscipi, & ab animo servari; quippe fotâ, misa ab illo veritatis scintilla, accensa in penitendinam splendent flammantia corda.

7 Erravit David à lege & viâ veritatis rectâ, postquam Utia locutus est falsa. Sermone Nathan convertitur Rex ad cor, oriturque simul pectori compuncto lux. Sese respexit & horruit, illicoque penituit, redens in pristinam formam; qui fœdè per gratiâ deformatus absentiam; dicitque Deo, conceptâ flammâ ex iaculata à Nathan scintillâ: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Crucius exponit:

Cor tuus sermo perurit, quem medullis ardeo.

Ignitus prorsum sermo Dei, dum ita scintillâ incaluit cor: igitur calore liquefactum in lachrymas, obduratum inter Veneris pruinas, flexit pungens penitendo cum esset frigidius gelu. Exitus aquarum deduxerunt oculi. Fulgura in pluviam fecit,

Et lachryma fecere fidem.

Expressus error & horror, simulque favilla calor: quandoquidem induruit igne Veneris exardens, & igne suavis eloquij factum ut cera liquefens. Ignitum sanè & vehementer ignitum in nostrum commodum. Urit, sed purificat: mortificat, verum vehementer inflammat: si flammam incendijs explicat, vehementiam ultione indicat; quippequam non solum corda redigit in gratiam ignem mittentis, sed etiam internas consumit imperfectiones.

8 Unde ergo si verbum à multis auribus haustum, duntaxat videtur Davidi ignitum, & ex illo vorax cordis tanta flammâ? Ex scintilla custodia. *Servus tuus dilexit illud.* Ex dilectione vel odio oritur verbi incendium, vel pectoris obduratio. Aversus est sermo Dei, quoties recipitur aure, & repellitur à corde. Dilectus, dum in animo flammescit, quia in ignem favillam concipit; & dum reluctanti videtur frigidum verbum, in David claret ignitam; quippe qui percipit aure, friget; qui concipit corde ignescit. Fovet scintillam in pectoris flammam. Ignis vel error fovendus à corde ex audicione fulminati verbi: patetque Dei eloquium ve-

Psal. 119. 140.

Cruc.

Et pluvia lachrymarum fulgura vocum.

Ovid. 7. Met. Fab. 74.

Cur etiam ignem, & vehementer.

Unde innotescat, quod à corde verba auditur.

he.

hementèr ignitum, per inflammationis effectum: igitur cognoscitur eloquij celestis calor, modò à corde repercusso quamprimum pellatur error. Ignitum est eloquium & non ignitum iuxta conditionem audientium. Alij indureant in iras, alij liquefunt in lachrymas. Hi accipiunt corde, illi autem duntaxat aure: unde cum non audiat, qui audit tantum; non audienti nec ignitum, nec eloquium. Non solum eloquij notatur flamma, sed etiam flammæ vehementia. Flamma stat in cognitione, dilectione, & conceptione verbi: vehementia in flammæ ex favilla concepta retentione: & non solum dicitur corde audiente, ignitum verbum, sed vehementer ignitum; quia non sufficit concipere, ni contingat etiam parere: equidem quasi nihil conceptum, dum quod conceptum explicatur per abortum. Debet esse vehementia in concepta à corde flamma. Ex prolotione ab aure verbum cognoscitur, ex cognitione à corde statim diligitur, ex atraque conceptus efformatur: & in factus perfectionem ac formam, cum igne peccus debet habere vehentiam; quia dum in corde radices non habet, venit diabolus & tollit, conversâ cognitione in lethen, charitate in aversionem: unde quicquid conceptum, in nihilum, & futurus partus in abortum; siquidem antequam perfectè in lucem formetur, indispositione cordis evanescit, vel foras factus emittitur. Ni factus debite calore fotus; quicquid concipit corde *passit* in mendacio ventos.

9 Aliâ metaphorâ indicat Gregorius Magnus audientis infirmitatem, dum non audit in salutem. *Cibus mentis* (ait Homil. 15. in Evangel.) *est sermo Dei: & quasi acceptus cibus stomacho languente, rejicitur, quando auditus sermo in ventre memoria non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profectio vita desperatur. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure remaneat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox inchoata derelinquunt. Terra humorem non habuit; quia hoc quod germinaverat ad fructum perseverantia non perduxit. Fir igitur in animabus Dei sermone, quod in corporibus operatur cibi: igitur languida omnino, & afflicta sanè morbo, quum rejiciunt nobilissima alimenta, quibus in valetudinem nutritur vita. In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sycerae (faciles) malum: ait Hippocrates, lib. 7. *Appor. 6.* Cibus*

Perpetè concipitur, quod do factus abortus.

Prov. 10. 4.

Verbum Dei mentis cibus. Greg. Mag.

Hippocr.

anima veritas est Evangelica: stomachus in cibi coctionem pro nutrimento memoria. *Esere* in vitam fastidium indicat morbum & diuturnum: at postquam suscipitur, deiectiones faciles prognosticon insunt moribundi cordis. Audire & repellere, est tedium cibi proficui. Audire & audire teneatitudo malacix. Sumere cibum & movere, est effectus cacochymix. Est ingredi & egredi. Medicina sanè in salutem ingreditur; sed instilliter, quippe in memoria stomacho non custoditur: diciturque malum tam fastidium, quam doctrinæ vomitus, quoniam vel renuit, vel expellit peccus: etenim quoties non coquitur in operis nutritionem, cordis profectio indicat diuturnam infirmitatem.

10 Postquam corpus hominis Aserator N. vindicavit à tyrannide demonis; docuit audientes circumstantes turbas, quopacto possent liberare animas. Omnes mirabantur, sed non omnes convertebantur. Mirabantur & iurè in verbis gratiæ quæ ab eius celesti proceabant ore: licet inflati humanâ prudentiâ plebis seductiones, & doctores (propter conscientix simululos redarguentes, ex criminum gravitate) rumpentur tabescentes plaudentium admiratione. Tunc mulier quadam illorum tundens perfidiâ, atque frangens tumescantiam, extollens vocem, in matrem prædicantis retorfit laudem. *Beatus* (dixit) *venter, qui te portavit, & ubera que suxisti.* Frequens elogium in placentis plausum, quasi tali vel simili voce aures semper deberent circumsonare: quandoquidem è fonte illuminatricis veritatis, aure suspensâ mira bibebant audientes. Unde apud Euripid. in *Ion. v. 308.* legitur:

Tuam matrem iudico beatam.

Tunc Dominus plaudenti applaudens, quippe in gratiam & encomium genitricis, simulque intendens indicare, dum à Marcella signabatur honor, unde genitrix felicior; dixit *Quinimò beati, qui audiunt, verbum Dei & custodiunt illud.* Non felix tantum qui audit, sed qui audiendo in corde audita custodit; quippe felicitas occurrit non per curiositatem, sed duntaxat per doctrinæ observationem. Auscultare & custodire. Custoditur, dum doctrina, uti cibus celestis, in memoria stomacho retinetur; nequaquam dum aure in nutritionem excipitur: necessarius huiusmodi cibus, ut lethalis à corde expellatur diuturnus morbus: unde cum cibus detur ut valeant vires, & cadant ir-

Verbum audire, & non operari, est ingredi & egredi.

Luc. 11. 27.

Euripid.

Verf. 28.

Signum infirmitatis vel mortis, eius fastidium, vel vomitus facili.

rita.

fitamentis languoris; profectò malis correpto malum, vomere semel ingeltum: igitur vires nequit reddere moribundo, si cibus vitalis expellitur ab stomacho. Nil mirum, quòd desperet vita, ubi sine effectu data in vires alimonia. Quid quòd accipiat, si vomat? Nihil prorsum accipit, si non nutrit: iacetque misere in mortem, estò suscipiat efficax medicamen: quia cum in vires necessarius effectus nutritiois, sine alimento in vitam deficient vires.

II Clarius. Homines disponuntur in beatitudinem, veritati dantes aurem; verum plenè haud gaudent felicitate, quoniam non inest aurium sensationi: etenim licet audita placeant, avidè que suscipiant; derelinquunt quæ in cibum susceperunt aures, quia pravis humoribus oblii delictiosi saporis. Felices utique qui gaudio audiunt veritates, verum non ideo felices. Restat micanti felicitati, quod ille uti cibus ferventur in corde; ut chronicè languentis & valeant vires, expulsis affectionibus pravis ex cacochymis. Quare cum summum vitæ sit spiritalis periculum, non custodire in opus divinum verbum jubet Christum in felicitatem plenam ac audientium gloriam, vocem susceptam aure servari in pectore: etenim si doctrinam expulerit semel acceptam, vomit simul medicinam. Causa subest. Audiuntur voces Dei in animæ ægrotantis salutem, quoniam ipsius affectionum medicamen antidotum in vitiorum venenum, præsens lenimen in vulnera, pharmacum in symptomata, ut grave expellatur pus, quo in mala prurit atque stimulat cor. Inruitus Christi est, homines languentes servare veritatis pharmaca, ut langueant languores, & maneant suscepta medicamenta. Dum audiuntur veritates, que cibus mentis, ut audiuntur, vel si ut sumantur, fumantur, quin cibus cælestis in coctionem ac nutritionem in stomacho custodiatur, persistente ægritudinis humores; haud humor, sed medicamen egreditur. Remanet pravorum affectuum vitium, & expellitur remedium: custodiri que in corde Salvator archiater monet, quicquid in salutem animæ auri suscepit; quippe veritatis foci, præsentanea medicina, in vitam faustam valebunt sine languoribus corda.

Summum vita periculum, non servare auditum verbum.

Virtutes verbi Dei.

Cur custodiendum?

Luc. 6. 18.

Descendenti illo de monte, occurrit maior multitudo infirmitatum, quam hominum, qui venerant ut audirent eum. & sanarentur à languoribus

suis. Appositus videretur: Ut illum audirent, & illos sanaret: etenim adversus infirmitates virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Cur igitur non dicitur de medico, ut moderetur obvijs ægrotantibus, sed ut ipsi à suis liberarentur languoribus? Perinde videbitur, sed non est idem. Audire prædicantem, & ab illo in salutem restitui; erat duplex actio in Salvatore. Unicam congruebat esse operationem audientium, ut liberarentur à gravitate languorum. Si ille prædicando curaret, audire tantum in salutem sufficeret: & cum prædicatio sola pravos non expellat affectus, ni in nutritionem concoquatur cibus; in verbis estò medicis nulla datur medicina, quia non prodest audita, sed servata. Prædicatione, si à pectore custoditur, morbus ab animo expellitur. Si habentur verba in memoria; expellitur languor, quia ingreditur medicina: minimè que dicitur, quod homines languidi expectabant prædicantem, ut expelleret languorem; sed quòd illi illum anxie operiebantur, ut à propria languoribus sanarentur: etenim dum stomachus servat in nutritionem veritatis voces, non medicinam expellit, sed tantum infirmitates. Aliquid ex se debebant facere, ut possent in salutem à prædicante restitui. Ille vitæ æternæ verba dabat, concioque per aures alimentum suscipiebat. Non à ministrante pender effectus cibi, sed à suscipientis innato calore; quin prodesse possit; dum auri frigide sumit. A remedij observatione ac custodia, pender quod cibus sit vel non sit medicina: ipsique audiunt, ut sanentur, non ut medicus curaret; quia ab ipsis solis pendebat, quod alimentum nutriveret.

Non prodest medicina audita, sed pari lege applicata.

13 Liqueat ergo causa, quare ex hominum grege anime iaceant vel mortuæ, vel moribundæ. Vox prædicationis continuo persistat, veritas clamat, que datur in languorum medicamen, & nostrarum affectionum expulsioem. Qua igitur fronte in piscina mundi tanta multitudine languentium, cacorum, claudorum, ariorum? Nullus ibi describitur furdus, igitur in morbi subsidium, expectabant aquæ motum; ut ex audita voce potenter medicamine. Aprè nullus ibi furdus, siquidem nemo vivit, si non audit: longè que est à via salutis, quisquis furdus ad voces veritatis. Sic ergo, verum si voces audiunt, unde multitudo voluntariè languentium, cacorum, claudorum, ariorum? An quia pravis affectibus nec vident per

Ioan. 5. 31

Quare qui verbum audiunt salutis, fervent languores?

per audita coruscant lucem, nec volunt, nec possunt in valetudinem movere manum, aut pedem? Unde chronica cordium infirmitas? Non est custodita per aures suscepta veritas: equidem cum habeant flagitiorum corruptela pravum stomachum; venena fumunt, verum vomunt alimentum. In expulsiorem infectantis humoris, & retentionem virtutis datur cibus, quo obtinetur salus; igitur uti medicina removet à laeso pectore vindictæ meditationem, à capite ventosam tumescemtem vanitatem, à corde superbiam, ab hepate biliosam iracundiam, à stomacho repletionem, à lingua præcipitium, à gustu blandimentum, ab oculis curiositatem, ab auriculis lenocinij cerumen, à manibus gladium, à pedibus offendiculum, quæ omnia tendunt in animæ vitæ ruinam, atque conantur suffocare gratiam. Sumitur ergo cibus medicinalis ab stomacho, sed persistit ægritudo; quippe amplectitur nocuum, & cibum vomit amicum. Proponitur sanitas, & in aurem ad cor ingreditur veritas; tamenque salutem cum sanitate desiderat: equidem cum illud quod auri audit non nutrit, ni calor nativus in substantiam convertat; promptè, proh dolor! expellitur, quod suscipitur; humores pravi quippe gravantes stomachum, in vomitum provocant iam susceptum alimentum. Malum veritatis in custodia languoris, quum intenditur custodia medica veritatis, susceptæ à voce prædicatoris per aures, in audientis nutritionem & salutem. Cibus & avidè capitur, sed fastidiosè statim expellitur. Sanè medicina prodesset, si cibum stomachus custodiret.

Orren. 2. 168. Verbum rite auditum expellit à corde morbum.

Sumptus prodest, ut medicina, cibus: Igitur estò abundaret affectionum pravitate (queis appropinquaret morti) cibus medicinalis custoditus ita validus; ut totam languentis animæ, ac desperatæ ægritudinem, pro salute adipiscenda vomeret in confesionem. Vernaculè: *Aunque estuvièra el alma con tantos accidentes, como excessos, defauciada; sin lanzar la medicina, todo el mal interior arrojára à la boca.*

Ioan. 8. 51.

14 Contemplerur verbi custoditi virtutem, ut non amittamus, vel queramus sanitatem. *Siquis* (inquit Concionator de cælo descendens) *sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* De morte animæ loqui, periculum est; quia Abraham mortuus est, & Propheta mortui sunt. Perpende. Non dicit

Christus, *Qui audierit*, sed *Qui servaverit*. Qui audit, doctrinam suscipit; sed in aure manet. Non sat in salutem quòd audiatur, nisi servetur ut observetur: equidem cum uti vox transeat, & ut cibus nutriat; nullam doctrina habeat utilitatem, ni transeat cocta semel in nutritionem. Auditur sermo Dei à multis, sed persistunt in peccatis. Audiunt profectò, ac in corde suscipiunt: iterantque peccata, atque crimina multiplicat; quia cibum captum non servant: igitur simul atque suscipiunt, è corde vomunt. *Qui vero sermonem custodit*, mortem animæ in æternam non videbit. Quo ergo pacto nequit homo interire, sermonis observatione? Facillimè. Qui non infirmatur, nequaquam moritur: & veritatis exacta observatione nequit audiens infirmari; quia per sumptum ab animo medicamen expellit à se prave affectionis humorem. Mortem non videbit animæ, quisquis dissentit à crimine, per quod & malæ ingreditur affectiones, concordiam humorum harmonicam depravantes: equidem cum cibum medicum præservativum habeat; nequit videre mortem, si medicinam observat: quippequam dum accedit in symptomata malum, habet pugnaem præstantissimam antidotum.

Quare Dei servate verbo, nulla qui esset ægritudo?

15 Datur sermo Dei mortuis in vitam animæ; ac viventibus, ne unquam obdormiant in morte, cum conditione in audientis utile commodum; ne sit delectio, aut fastidium. Non fastidium, quoniam ægritudinem philautè fovet & refouet, quisquis medicinam in sanitatem studiosè fastidit. Non delectio, quippe cum medicamine etiam prævalebit ægritudo: etenim præ humoris abundantia, stomachi depravati corruptelâ, fovebit vitium in mortem, & regeret à corde veritatem. Unde ut mortuus gratiæ restituatur in vitam, debet sumpta medicinæ intus habere custodiam; quoniam dum illa diligenter servatur, quicquid veneni introrsum foras emittitur. De vivis etiam in medicamine micat sollicitudo, ne in morbum ac mortem serpat letalis affectio. Mini-stratur sermo veritatis auri, ut servetur uti cibus, atque medicina à corde; ne blandimine voluptatis, calliditate demonis, ac pravitate affectus, ita vitietur stomachus, ut egrediatur probitatis propositum, quum ingreditur malignitatis venenum. Quare quisquis servaverit, mortem in æternam non videbit: igitur cum intus habeat alexipharmacum, in quod

Nec morte serperet.

libet nocens obvium; non potest obire mortem, quicunque contrahere non potest infirmitatem. Occurrit in asserti fulcra nobilis antilogia. *Mortui audient* (dixit Assertor) *vocem Filij Dei: & qui audierint, vivent.* Heus mortui gratia, cave. Haud vivent, qui non audierint. Obiunctur vel amittitur aeterna vita. Videte momenta quanta: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Modò in nostrum propositum. Perinde est vivere, atque mortem non videre: quare igitur in vitam dicit, *Qui audierint*; & in libertatem à morte, *Siquis sercaverit!* Nonnulli cum gaudio audiunt Dei verbum, & tollit diabolus de corde illorum, quae voces feminant; ne credentes salvi fiant. Quae ergo pacto idem servare & audire; quom aliud sit in corde, aliud in aure? Exprimat Christus diversis vocibus audiendi modum; ut audientes, ut decet, praesent auditum, in salutem negotantis animae, vel moribundae, vel mortuae: signatque meditanter idem audire & servare; quia quicquid audiunt, & audita non custodiunt, minime audiunt. Quicquid (ut canit Propert. lib. 2. Eleg. 28. v. 8.) concionator protulit, *Ventus & anda rapit.*

DIDASCALIA IV.

Vox praedicantis non auditur, ni videatur.

1 Impossibile videtur videri, quippequam non vident aures, sed oculi: nancisciturque quòd est mirabile in oculis nostris; si voci suae dederit vocem virtutis: equidem verba prorsum inutilia, quae sine virtute verba. Movent enim vehementer vel obliuatum animum, dum videtur factum verbum. Facit Praedicator *pondus ventis*, ex virtute operationis, quae verba voluntaria fidunt, quippe iam patent ad oculum: minimeque fulgent verba grandia, fessipedalia verba; sed utilia, effectui consona: igitur sine operationis virtute, erunt verba sine pondere.

Manil. 4. v. 439. *Dedit ipse sibi met Pondera: nec fas est, verbis suspendere mundum.*

2 Altruit Ioannes, de se dicens: *Audi vocem magnam tanquam tubae, & conversus sum, ut viderem vocem, quae loquebatur mecum.* Vox haud caret vir-

tutis efficacia; dum recogitat audiens secum loqui: de quo egimus, *Tautolog. 6. D. 1.* Modò, quò pacto vox videatur, scrutandum. Auditur vox communis, videtur vox praedicantis. Opere praedicatoris, quae vox audita, visibilis: diciturque vox visa, quae auditur apta; quippe quae vox dicebat, dicebant opera. *Validior operis, quam oris vox:* inquit Bernard. ferm. 59. in *Cantic.* num. 3. igitur cum praedicatoris exemplum sit virtus vocum; voces sine virtute ac exemplo praedicantis erunt vocis sine voce. *Efficax*, & etiam *visus* dicitur *sermo Dei*, & penetrabilior omni gladio accipit, & pertinens usque ad divisionem animae. *Vivus* dicitur, dum sermo in concionante videtur; siquidem eius voci ad amissum non apta vita, vox quae auditur, planè mortua. *Vivus* dicitur sermo; quum ex auditione sequitur cordium commotio, ex commotione criminum penitudo; quae vocum ostendit efficacitas, quippe expellitur à peccatoribus malignitas. Non praedicante concionantis vita, in sermone evanescit efficacia; quoniam non pertingit animam, sed auriculam: inefficaxque patet sermo, ac mortuus; qui per se erat efficax & vivus; quippe audientes ex sola auditione vocis, obsurdescunt in peccatis. Est efficax, dum voce ac vità dividitur anima, eò quod contemplatur Deum offensum, & se demonis mancipium. Exemplo praedicator in voce haud vibrat vocem, sed fulmen: haud promittit verbum, sed gladium: & vox quae auditur, efficaciter videtur; quippe per auditam visam vocem, divisa est anima in criminum penitentinem.

3 Claret in articulo vocis audita à Ioanne. *Audi vocem*, ait: sed conversus est, ut videret, postquam clare audita vox. Vox videtur ex exemplo, vox auditur in eloquio; sed à corde non auditur, ni vox audita videatur: Ioannesque intendit videre vocem, ut cordis praebat auris promptitudinem; quippe ubi vox praedicatoris videtur, tunc praedicator auditur. Vide infra. num. 21. Est in concionatore vocis entitas & etiam vocis prolata efficacia: ideo dicit *Conversus sum*, igitur à voce in vocem commotum cordis dicitur conversio, illico ac facta visibilis vocis auditio; quippe ubi vox opere concionatoris visibilis, acturum in audiente conversio cordis. Vox designatur magna; quae vox visa. *Audi vocem magnam.* Vox in praedicator, sed in il-

Cap. 5. 25.

Vera ac perfecta auditio est veritatis obervatio.

Propert.

Quod pendens verbi

Iob. 28. 25.

Manil. 4. v. 439.

Apo. 1. 10. 12.

Opera vocis visibilis.

Hebr. 4. 12.

Unde sermo vitalis vel mori sermo nisi

Conversio cordis, vox visibilis.

12

la nil magnum, ni sit ex opere exemplum: igitur cum sermo dirigatur in audientium conversionem, ac criminum penitentinem; si penitudo & conversio, erit in concionante summa vocis magnitudo: quandoquidem iure donatur sublimitate, si vita respondit voci. *Vocem magnam:* id est, singularem; dum vox ab audientibus videtur in conversionem: siquidem cum vox in dolorem peccatorum non audiatur, si virtus vocis in exemplo praedicantis non videtur; vox obtinuit totum pondus magnitudinis, visà vocis virtute in opere praedicanis. Denum, Ioannes se audivisse asserit vocem, & vocem grandem. Ex magnitudine vocis pendet saepe auditus auris. Magnitudo in concionatoris vita: vox in aplausu, encomio, aut fama. Magnitudo vocis in rebus: vox in vocibus. Magnitudo in vocis virtute, qua scinditur anima gladio doloris: vox in floribus eloquentiae, quae voces delectant aures: & magnam vocem sese astruit Ioannes audivisse, facta ad vocem conversione; quippequam dum in audientes vox à praedicator fit; illa sanè non auditur, si tantum auditur vox. Perperam enim veritas à corde suscipitur, quando non illa fit praedicator praedicator.

Unde magnitudo & celsitas praedicantis

Cur & unde sine fructu

Propert.

Quis sensu egrotat Menf. philosoph.

Tom. V.

egultavit Christus? Hic egebat sensus quandoquidem in se plaudebat adversus quae praedicaverat.

5 Mirè desipit Seneca, cognoscens à peritque notari; aliter vivere, & aliter loqui. *Quare ergo tu?* (sibi ex alijs obijcit de *Vit. beat.* cap. 17.) *fortius loqueris, quam visis: Quare superiori verba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris: Cur non ad praescriptum tuum cenas? Cur tibi nitidior supellex est? Quid ergo responderet? Non sum (inquit) sapiens: & ut malevolentiam tuam pascam, nec ero. Exigo itaque à me non ut optimis par sim, sed ut malis melior: Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem: delinimenta magis, quam remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accidit, & si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debili cursor sum. Haec non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum; sed pro illo cui aliquid attit est. Aliter loqueris, aliter visis. Hoc Platonij obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viderent, sed quemadmodum vivendum esset. De virtute non de me loquor: & cum vitij convitium facio in primis meis facio. Cuius potero, vitam quomodo oportet. O barbare magister! Quae ergo fronte saepe dicitis: Non est bonitas, pessimis esse meliorum. Vide Epist. 79. Hic sensus expers & egeus: siquidem in alijs sollicitabat mortem, cum ad prolata & à se haud haberet ullum sensum.*

6 *Compedes in pedibus stulto doctrina:* inquit Siraides. *Figurini & Syr. Stulti, amentis.* Quenam ergo doctrina, dum ob illam habeatis ostenditur insipientia? Si scientia in stulticia expulsionem, quando, qui doctus, reddet stultissimè nescientem? Quando ipse non senserit, quo audientes movere sudet: igitur cum doctrina sit in vitia directionem, ut peccatores avertentur crimen; sese ostendit praedicator stultissimum, ubi verbis, & verbis audientes plaudunt ut doctum: siquidem stulti vanissima cogitatio, ac phantastica praesumptio; si verba experiri omnino emortua, & velle aliorum esse vivificativa. Vita esse nequit sine motu, à quo in rationalia directio: & cum doctrina est stultus, quem fugit propriae directionis motus; ubi per disciplinam verbis prolata, non sibi sed alijs cupit designare vitam; quan-

Seneca

Excusatio eius à mortem corruptela, & praedicationis praestantia.

Idem.

Ecclesi. 22. 22.

Unde stultus?

LIII 2

do.